

1264 Apud *Chesterton, Huntingdonshire* reperta dicuntur esse, una cum sigillo saeculi XVII, *on slips of white wood* (ita statuitur, sed fueruntne fragmenta ossea potius?), *and very thin*. Sunt fragmenta quinque soluta unius sine dubio tesserae, sed ordine proposita arbitrario.

AAWIGY VTERE TA ☩ FELIX

Goughs *Camden* 2 p. 257 ex actis societatis antiquariorum Londiniensis, cui monstraverat Manning; ex horum actorum vol. 7 p. 120 mihi delineavit Watson. Fragmentum primum, quamvis eiusdem aperte tesserae atque reliqua, ut dixi, tamen videtur scriptum esse litteris Graecis.

Cf. anulus christianus Hispaniensis C. I. L. 2, 4976, 39 (inscr. Hisp. christ. 204) inscriptus *Aloiosae vivas in [deo]*.

1265 Tessera rotunda lapidea (*of freestone*), reperta in *North Wiltshire*; diam. digiti 1, crassa dig. 1/8.

F

VI

I. Ingram *gent. mag.* 10, 1838 p. 495.

LXXIX. PLVMBO NIGRO ET ALBO (STANNO) INSCRIPTA.

Praeter massas metalli ex fodinis oriundas (supra cap. LXXVI) non desunt in Britannia, ut expectaveris, ex plumbo tam nigro (n. 1266—1269) quam albo sive ex stanno (n. 1270—1271) facta, quibus verba aliquot Latina inscripta sint. Signacula plumbea (n. 1268. 1269) fortasse etiam tesserae potuissent adnumerari; sed nolui in tam paucis unius cuiusque generis exemplis ex eadem materia facta in capita diversa distribuere. In stanneis illud facile mirabere, quod tam pauca eius generis reperta sunt in terra metalli illius imprimis fecunda, etiamsi addideris

vasculum inscriptum (n. 1) et lamellam votivam (n. 140) supra iam editas; sed reputandum est metallum illud per se solum adhibitum non multum durare. Ceterum latent fortasse plura eius generis; litterae enim levissime iis incisae aegre et dedita tantum opera distinguuntur. Aevi christiani exemplum singulare (n. 1272) propter ipsam monumentorum christianorum in Britannia raritatem excludere nolui. Rettuli contra signacula vel tessellas plumbeas ex insula Vecti inscriptas, sed ut novicias esse denuntiarem (n. 22*), ne fallerent minus peritos.

1266 Tubus plumbeus servatus in museo Aquensi (*Bath*); inscriptus est

L DA

Descripsi. Titulus integer est. Solve *L(icinius) Da(ma)* vel similiter.

1267 Pelvis quadrangularis, *about 2' long at the bottom, 2' 6" at the top, and 14" high*, pondo librarum 50 plus minus. Reperta est in *Caistor, Northamptonshire*; servatur in museo Britannico. In latere uno, quod repertum est bipertitum, inscriptum est litteris claris

CVNOBARRVS FECIT VIVAS

Descripsi. A. W. Franks *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1865 p. 93; H. Maclean *report of the proceedings of the Lincoln diocesan architectural society* in *gent. mag.* 19, 1866 p. 38.

1268 Devae (*Chester*) rep., ubi servabat Fridericus Potts; signaculum plumbeum (*a leaden stamp*) sic inscriptum

> CL AVG
VIC

F. Potts *archaeol. journ.* 19, 1862 p. 186 (inde C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 29); T. N. Brushfield *assoc. journ.* 22, 1866 p. 366 ss.

1269 In *Brough castle* prope *Appleby, Westmoreland* (v. supra p. 73) prodierunt signacula, ut videntur, plumbea (aut tesserae, *leaden seals or marks*) inscripta plurima (n. 1—4. 6—28. 30. 31), Durocornovio (supra p. 29) et ex *Felixstowe* Suffolk, singula (n. 5 et 29) formae aut rotundae aut ovalis, perforata omnia, de quorum usu nondum satis constat. Broughensia servabat *Miss Hill, of Appleby*, nunc pars eorum venit in museum Britannicum (cf. *archaeol. journ.* 20, 1863 p. 181). Durocornoviense servat Ioh. Evans. Prodierunt praeterea in *Felixstowe* duo, in *Brough* sex vel plura on scripta, sed signis variis, homine sedente, equitibus, aquila, capite humano, avi armata insignita.

1 (17, 2) EXP — LEG II	8 (16, 5) *CIINE — grus	15 (32, 6) C VHT — TVD	22 (16, 12) CIOL
2 (17, 1) X — LEG II	*R	16 (16, 3) CVII — M	23 (17, 8) CSN S
(16, 7) CHAE — AEL·CO	9 (17, 4) CIIN — gryllus	TR D	24 (17, 10) xHIS — VOND
VIO MINR	TR	17 (16, 2) CVII — MV	25 (32, 11) IQS* — OFP
4 (32, 12) CIHV	10 (16, 4) CVIR — CAD	TR* CAD	26 (32, 10) IVB D
5 CIIN — COMI	11 (32, 9) C VIR — FL·M	18 (16, 1) CVIII — PERI	27 (17, 7) IVC — CTB
ER → I NIS	*Q*	19 (32, 8) C VIII — ZABD	28 (16, 10) L·V·S
6 (32, 4) CIINE — N M	12 (16, 8) CVII — CVEP	20 (16, 9) ACS D	29 (32, 2) P B
* N M	13 (32, 7) CVII — CVP	VES	taurus stans
* *	14 (32, 5) CIV — O·V·	21 (17, 9) AV +	30 16, 11) V S D — * *
7 (16, 6) CIIN — figura hominis	*T	A·LV	antica perit
ER sedentis			— FIT

Edidit plurima aeri incisa C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 197 ss. tab. 32 et 6, 1868 p. 117 ss. tab. 16. 17 (numeros tabularum et imaginum eius adscripsi meis); 15 et 16 (vel similia) ediderunt etiam B. Williams *proceedings of the soc. of antiq.* 3, 1855 p. 222 (cf. 4, 1856 p. 129) et I. Simpson ibidem ser. II 3, 1866 p. 256; 5 mihi misit Ioh. Evans.

Indicantur fortasse cohortes centuriaeque legionis secundae; de cohorte II Nerviorum (5—8) vix cogitaverim.

1270 In *Icklingham, Suffolk*, prodierunt vascula stannea satis multa formae variae; c fortasse ex *Cambridgeshire* provenit, f ex *Southwark*. Museo Britannico ea intulit Franks, empta pleraque ab *Mr. Acton*. Inscripta sunt, ut Franks observavit in vasculis iam per aliquod tempus servatis antequam litterae distinguerentur, stilo vel potius scariphata tantum nomina haec

a	in sex vasculis	ISARNINVS
b	in duobus	IXARNINVS vel IXARNINVS
c	in uno	FLORENTI
d	in uno	QCINIVS
e	in uno	CVRATI
f	in uno	MARTINVS

A. W. Franks descripsit peritissime mihi dedit; ego contuli quae legere potui — nam lectu sunt difficillima — eiusque lectiones probavi omnes (cf. Wright *the Celt* p. 254). Dixi de iis act. acad. Berol. a. 1868 p. 85.